



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118472**

§. 16. Solimanus obsidionem solvere paratus, sed a proditoribus  
confirmatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

rium suum hujus belli auctorem necisæcul. XVI.  
addixisset. Referunt Scriptorum non- A.C. 1522.  
nulli, latam in eum fuisse sententiam,  
ut sagittis transfigeretur, jamque palo  
ad subeundum extreum supplicium  
fuisse alligatum, Pirum tamen Bassam  
sententiæ executionem differri jussisse,  
donec ad Sultani pedes provolutus, a-  
mico suo vitæ veniam deprecaretur.  
Verum Solimanus, quod ejus iusta fuis-  
sent neglecta, vehementiori ira accen-  
sus, quantocius Pirum ad idem sup-  
plicium condemnavit, atque ambo hac  
poena mulctati obiissent, nisi Solimanus  
Bassarum suorum lacrimis commotus,  
a furore suo remisisset, & utrique ve-  
niā indulsisset, ea tamen lege, ut Mu-  
stapha nunquam ejus conspectum su-  
biret.

### §. XVI.

*Solimanus obsidionem solvere para-  
tus, sed a proditoribus con-  
firmatus.*

Sultanus de capienda urbe desperans,  
jamjam obsidionem solvere decreve-  
rat, armaque, & suppellectilem pleri-  
que convasabant, cum transfuga, Alba-  
niæ miles, clam ex urbe sese subdu-  
cens Solimanum moneret, quod omnes  
sere Equites aut cæsi, aut vulnerati, mi-

*Hist. Eccles. Tom. XXXIV. P lites*

**Sæcul. XVI** lites quoque ad pugnandum impotes fo-  
**A. C. 1522.** rent, ipseque supremus Ordinis Magi-  
 ster omni ope & opera destitutus in ex-  
 tremo discrimine luctaretur. Accesse-  
 re etiam literæ ab Amaralo Cancella-  
 rio scriptæ, quibus obfessos ad incitas  
 omnino redactos esse, Sultano significa-  
 bat. Hujus rei fama toto exercitu di-  
 vulgata, Turcarum animos prædæ spe  
 ad redintegrandam oppugnationem a-  
 lacres reddidit, ipse quoque Solimanus  
 aut urbem in suam potestatem redige-  
 re, aut ibidem mori decrevit, moxque  
 Achmetem Bassam in locum Mustaphæ,  
 qui in Ægypti Præfectum creatus il-  
 luc navigavit, summum totius exercitus  
 Imperatorem constituit.

### §. XVII.

*Obsidio per Achmetem Bassam Mu-  
 staphæ subrogatum conti-  
 nuata.*

Jacq. de  
 Borb. l. c.  
 Fontan hist.  
 belli Rhod.

Achmetes, cum operum bellicorum  
 scientia clarissimus esset, longe alio,  
 quam Mustapha obsidionem urgendi  
 modo utebatur: ut vero suorum militum  
 sanguini parceret, in fossorum opera, ac  
 cuniculis consilium quærens, ante ob-  
 sidionales fossas densum aggestæ terræ  
 murum erigi jubebat, quem tormento-  
 rum globi ex urbe emissi impune feri-  
 rent,